Jhs Mª

Fr. Franciscus à Conceptione Provincialis fratrum Discalceatorum B. M. V. de Monte Carmeli primitivae observantiae, in hac S. P. N. Alberti Provincia in Nova Hispania: Tibi dilecto nobis in Christo fratri Dominico ab Angelis, nrae sacrae Religionis professo in Dno salutem. Novimus te iam Acolytatus ordine insignitum fuisse; vitae, ac morum honestatem, et congruam aetatem habere: Itaque, ut ad sacrum Subdiaconatus ordinem, iuxta S.ti Concilij tridentini Decreta, rite, et canonice promoveri possis, licentiam, et facultatem tibi concedimus. Quia propter Illmos ac Rmos Archiepiscopos, vel Episcopos in Dno obsecramus, ut periculo facto (si velint) de tua sufficientia, tibi huiusmodi ordinem dignentur impertiri. In quorum fidem praesentes litteras manu nra, ac Secretarij nri nomine subscriptas, sigilloque nostri officij pro[prio] munitas, fieri iussimus, in hoc nro Almo Ang[elorum] Collegio die vigesima quarta mensis Novembris, anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo.

Fr. Franc.us à Conceptione Provlis

De mto. R. P. N. Provincialis
Fr. Antonius à Cruce
Secretarius

Fr. Dominicus ab Angelis ad sacrum Subdiaconatus ordinem.